Heilkräfte hat sie fast keine, ausser vielleicht etwas kühlende.

Der Aufguß der Blüthen wird für ein Abführungsmittel für Kinder gehalten; aber obschon der Gebrauch der Maßliebe vorhin in der Schwindsucht und andern Lungenkrankheiten sehr gelobet wurde, so kommt sie doch heutzutage wegen Mangel an Heilkräften ganz ausser Gebrauch.

Tab. XXXII.

BENZOE. *Officin.*

Styrax Benzoë. *Botanic.*

Zwey und dreyßigste Tafel.

Der Benzoe.

Assa odorata, assa dulcis. Gallis, Benzoin. Anglis, Benjamin, Benzoin.

Wohlriechender Asand. Franz. Benzoin. Engl. Benjamin, Benzoin.

Classis X. Decandria. Ordo I. Monogynia.

10. Klasse. Zehnmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Genus. Calyx inferus. Corolla infundibuliformis. Drupa disperma.

Gattung. Der Kelch unten. Die Blumenkrone trichterförmig. Die Steinfrucht zweysaamig.

Species. Styrax Benzoë.

Art. Der Benzoe.

Syria, Judæa, Insula Sumatra & Italia pro patria hujus arboris agnoscitur.

Syrien, Palestina, die Insel Sumatra und Italien nimmt man als das Vaterland dieses Baumes an.

Servatur in officinis resina, ac inde flores, oleum empyrevmaticum & tinctura parantur.

Das Harz hält man in den Apotheken auf, und bereitet daraus, die Blumen, das empyrevmatische Oehl und die Tinktur.

Adfertur succus hic resinosus ex insula Sumatra in magnis massis concretis, quæ vel canna tectæ, vel saltem ejus

Dieser harzige Saft wird aus der Insel Sumatra in grossen und dichten Massen, welche mit Rohr bedeckt, oder wenigstens

impressionibus notatæ sunt. Distinguitur Benzoë ab aliis corporibus resinosis, per structuram opacam, siccitatem, duritiem notabilem cum fragilitate conjunctam, colorem rubicunde brunum, multis moleculis flavescentibus distinctum, odorem gratissimum penetrantem, qui magnopere augetur, si vel incalescat sub manibus calidis fricando, vel foculo, carbonibus ardentibus repleto, subjiciatur, & per saporem aromaticum subdulcem. Benzoës resina accensa, lucida cum flamma ac suliginosa comburit nigro superstite carbone. Nec cum aqua, quam vero digerendo cum odore fragrante ac suavi imbuit suo, nec cum oleo init amicitiam solutionis, sed tantum vini spiritum rectificatissimum, ut menstruum agnoscit, & tingit solutionem colore ex flavo rubicundo, quæ, si instilletur aquæ, lactis colorem refert. Duplex hujus resinæ species a nobis ratione bonitatis dignoscitur; una nigrescens fere, vilioris pretii, a mercatoribus sic dicta, Benzoë in sortis, quæ ex frustulis majoribus, plerumque impuris constat; altera optimæ notæ, ab intermixtis multis granulis albis, amygdalarum figuram mentientibus, Benzoë amygdalodes dicta, coloris e bruno rubescentis. Adhibeatur prima, negligatur & altera in usu pharmaceutico.

mit Eindrücken davon versehen sind, zu uns überbracht. Man kann den Benzoe von andern harzigen Körpern durch seine Undurchsichtigkeit, Trockenheit, beträchtliche Härte mit Zerbrechlichkeit verbunden, durch seine rothbraune, mit vielen gelblichten Flecken untermengte Farbe, seinen heftigen sehr angenehmen Geruch, welcher, wenn man ihn zwischen warmen Händen reibet, oder auf glühende Kohlen streuet, noch mehr vermehret wird, und durch seinen süßlich gewürzhaften Geschmack leicht unterscheiden. Wenn man das Benzoeharz anzündet, so verbrennet es mit einer hellen rauchenden Flamme, und läßt eine Kohle zurück. Mit dem Wasser und Oehle gehet es keine Auflösung ein, obschon das Wasser durch eine vorausgegangene Digestion den starken und angenehmen Geruch des Benzoe annimmt; ihr einziges Auflösmittel ist das Alkohol, und die Solution bekommt eine gelblicht rothe Farbe; träufelt man aber diese Tinktur in Wasser, so bekommt die Flüssigkeit eine milchweisse Farbe. In Rücksicht der Güte unterscheidet man zweyerley Gattungen von diesem Harze, eine, welche fast schwarz ist, und aus grossen meistens unreinen Stücken besteht; sie wird von den Kaufleuten Benzoe in Sorten genannt, und ist im Werthe die geringste; die andere, welche mit verschiedenen weissen Körnern, die den Mandeln ähnlich sehen, untermengt ist, und daher Mandelbenzoe genennet wird, hat eine rothbraune Farbe, und ist dem Werthe nach die beste. Man gebraucht in der Arzneykunst nur die letztere Gattung mit Ausschluß der erstern.

Offert vires stimulantes, calefacientes ac resolventes.

Sie besitzet reitzende, erwärmende und auflösende Heilkräfte.

Usus resinæ internus rarus, nisi quondam a nonnullis in pulmonum affectionibus ad augendam tussim adhibita fuerit,

Innerlich wird dieses Harz selten angewendet, doch ist es in älteren Zeiten von einigen Aerzten bey Lungenkrankheiten, um

cujus vero loco hodie flores, id est acidum per sublimationem essentiale paratum ad grana tria, quatuor ac ultra in pilulari forma ordinantur. Tinctura cum aliquo syrupo commista ad guttas viginti aut triginta in iisdem morbis pulmonalibus præscribi posset.

Usus externus multo frequentior tum resinæ ipsius, tum præparatorum. Delectamur ab odore grato resinæ prunis impositæ, sed pulmonibus labefactis affecti fumum nequaquam perferre queunt, quia ab ambustione, altera quasi sublimatione aër partibus salinis acre stimulantibus gravidatus, in illis magnam excitat molestamque tussim, quæ tamen vomica matura laborantibus ad disruptionem proficua esse potest. Affirmant nonnulli artis periti, dolores rheumaticos ab his fumigationibus & linteo institutis frictionibus esse profligatos. Tinctura instilletur ulceribus gangrenosis vel sordidis, ad producendum in illis partibus stimulum. Frequentissime vero a fœminis vitæ deliciis deditis in lotionem faciei, pectoris & brachiorum, ad emolliendam cutem delendasque lentigines usurpatur lac virginale, quod paratur, si tincturæ guttulæ viginti vel triginta addantur libræ aquæ. Tingitur tunc liquidum colore lacteo, unde nomen traxit.

den Husten zu vermehren, verordnet worden; wir aber, wenn wir uns dieses Mittels bedienen wollen, nehmen anstatt des blossen Harzes die Benzoeblumen, eine durch die Sublimation ausgezogene eigenthümliche Säure, zu drey, vier oder mehreren Granen in Pillen in unsere Formeln auf. In ähnlichen Fällen kann man auch die Tinktur zu zwanzig auch dreyssig Tropfen, mit einem Syrup vermischt, darreichen.

Viel gewöhnlicher ist die äusserliche Verwendung sowohl des Harzes selbst, als der daraus verfertigten Präparate. Wir durchräuchern unsere Wohnungen mit diesem Harze, welches einen sehr angenehmen Geruch giebt; jene Menschen aber, welche schwache Lungen haben, können den Rauch nicht vertragen, weil bey Verbrennung des Benzoe, gleichsam durch eine Art Sublimation, die Luft mit scharfen reitzenden Salztheilchen geschwängert wird, und ihnen einen grossen und lästigen Husten verursachet, welcher nur jenen zuträglich seyn kann, die einen geschlossenen Eitersack in ihrer Lunge haben, der dadurch zum Zerplatzen gebracht wird. Einige Aerzte behaupten auch, daß rheumatische Schmerzen durch das Reiben mit durchräucherten Tüchern, glücklich vertrieben worden seyen. Die Tinktur gießt man tropfenweis in brandige und unreine Geschwüre, um einen Reitz anzubringen. Von weichlichen Frauenzimmern wird die Jungfernmilch zum Waschen des Gesichtes, der Hände und des Busens, um die Haut geschmeidig zu erhalten, und die Sommersprossen zu vertreiben, sehr häufig verbraucht. Man bereitet sie, wenn man zwanzig oder dreyssig Tropfen der Benzoestinktur in ein Pfund Wasser giesset; die Flüssigkeit bekommt davon eine milchweisse Farbe, und daher hat sie ihren Nahmen erhalten.

Tab. XXXIII.

BERBERIS. *Officin.*

Berberis vulgaris. *Botanic.*

Oxyacantha, creſpinus, criſpinus. Gallis, Epinevinette, Aigrette. Anglis, Barbery-trée, Pipperidgebuſh.

Claſſis VI. Hexandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx hexaphyllus. Petala sex. Glandulæ duæ baſi ſinguli petali adnatæ. Stylus nullus. Bacca apice perforata, diſperma.

Species. Berberis pedunculis racemoſis, ſpinis triplicibus.

Reperitur hic frutex copioſiſſime in ſylvis, dumetis, ad ſepes Auſtriæ & reliquæ Europæ, imo regionis orientalis, & in monte Libanon. Floret Majo & Junio.

Syrupus ac rotulæ e fructuum ſucco a pharmacopolis parantur.

Habent baccæ figuram ovato-cylindricam, obtuſam, umbilico fuſco ſubrotundo notatam, colorem pulcherrime rubrum. Includunt ſemina oblonga duo, in unico loculo contenta. Refert succus in illis ſcatens ruber ſaporem ſubadſtringentem grateque acidum.

Tenet vires refrigerantes & ſitim fallentes.

Utimur inflammatoriis in morbis berberum ſyrupo ad edulcorandas medicamentorum compoſitiones fluidas, nec non unum alterumve hujus ſyrupi coch-

Drey und dreyßigſte Tafel.

Der Weinſchädling.

Sauerdorn, Sauerach, Saurach, die Berberisbeeren. Franz. Epinevinette, Aigrette. Engl. Barbery-trée, Pipperidgebuſh.

6. Klaſſe. Sechsmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch ſechsblättrig. Blumenblätter ſechs, deren jedes an den Nägeln mit zwey Drüſen verſehen iſt. Griffel keiner. Die an der Spitze durchbohrte Beere iſt zweyſaamig.

Art. Berberisſtrauch mit traubichten Fruchtſtielen, und dreyfachen Dornen.

Man findet dieſen Strauch ſehr häufig in den Wäldern, Dornhecken und an Zäunen, in Oeſterreich und dem übrigen Europa, auch ſelbſt in Oſtindien und auf dem Berge Libanon. Er blühet im May und Junius.

Die Apotheker verfertigen aus dem Safte der Weinſchädlingsbeeren einen Syrup und kleine Zuckerkügelchen.

Die Beeren haben eine eyrund walzenförmige, abgeſtumpfte Figur, woran man eine dunkle, rundlichte, nabelähnliche Vertiefung bemerket, und prangen mit einer ſchönen hochrothen Farbe. Sie ſchließen zwey Saamen in ſich ein, welche in einem einzigen Fache verborgen liegen, und ſtrotzen von einem rothen Safte, der einen etwas zuſammenziehenden, angenehm ſauren Geſchmack beſitzet.

Er hat kühlende, den Durſt ſtillende Arzneykräfte.

Man bedienet ſich des aus den Weinſchädlingsbeeren zubereiteten Syrups zum Verſüſſen der flüſſigen Arzneyzuſammenſetzungen in inflammatoriſchen Krankheiten, oder läßt

n



BERBERIS *eff.*
Berberis vulgaris *Bot.*
Weinschädling.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0139-1
DFG



BRYONIA. Off.
Bryonia dioica. Bot.
Zaunrübe.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0142-4
DFG

lear admiſceatur aquæ, & hauriatur pro potu conſveto in iiſdem morbis. Rotulæ ab ægrotantibus cupidinoſis grati magis ſaporis, quam vis medicæ cauſſa uſurpantur.

Tab. XXXIV.

BRYONIA. *Officin.*

Bryonia dioica. *Botanic.*

Vitis alba, viticella, pſilothrum. Gallis, Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Anglis, Bryony.

Claſſis XXI. Monœcia. Ordo X. Syngeneſia.

Genus. Mas. Calyx quinquedentatus. Corolla quinquepartita. Filamenta tria.

Fœmina. Calyx & corolla maris. Stylus quadrifidus. Bacca ſubgloboſa, polyſperma.

Species. Bryonia foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris, floribus dioicis.

Habitat ad ſepes Auſtriæ ac Pannoniæ. Floret æſtate radice perenni.

Aſſervatur ſola radix ad uſum pharmacevticum.

Notabilem habet radix hæc fuſiformis magnitudinem, ſæpe brachii craſſitiem, inferiore tantummodo parte ramis lateralibus prædita. Color externus ſubflavus, internus albus. Radix recens ſucco repleta lacteo, carnoſa, ſiccata vero ſun-

einen, auch zwey Löffel voll davon mit Waſſer verdünnet, in eben dieſen Krankheiten als gewöhnlichen Trank gebrauchen. Die mit dem Safte dieſer Beeren verfertigten Zuckerplätzchen werden von leckerhaften Kranken, nicht eines mediziniſchen Nutzens, ſondern blos des angenehmen Geſchmackes wegen häufig verbraucht.

Vier und dreyßigſte Tafel.

Die Zaunrübe.

Gichtrübe, Stickwurz, Teufelskirſche, der weiſſe Widerthon. Franz. Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Engl. Bryony.

21. Klaſſe. Halbgetrennte. 10. Ordnung. Mitbuhler.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch fünfmahl gezähnt. Die Blumenkrone fünfmahl getheilt. Staubfäden drey.

Weibliche Blumen. Der Kelch und die Blumenkrone ſind wie bey der männlichen Blume. Der Griffel vierſpaltig. Die Beere faſt kugelförmig, vielſaamig.

Art. Zaunrübe mit handförmigen, von beyden Seiten ſchwielicht-ſcharfen Blättern und ganz getrennten Blumen.

Man findet ſie an Zäunen in Oeſterreich und Panonnien. Sie blühet im Sommer, und iſt ausdaurend.

Nur die Wurzel allein wird zum Arzneygebrauch in den Apotheken aufbewahret.

Sie iſt ſpindelförmig, hat eine anſehnliche Gröſſe, und oft die Dicke eines Männerarmes, wovon nur ihr unterſter Theil mit Seitenzweigen verſehen iſt. Ihre Farbe iſt von auſſen gelblicht, von innen aber weiß. Wenn die Wurzel noch friſch iſt, ſo iſt ſie

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0143-0



BRYONIA. Off.
Bryonia dioica. Bot.
Zaunrübe.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0142-4
DFG

lear admiſceatur aquæ, & hauriatur pro potu conſveto in iiſdem morbis. Rotulæ ab ægrotantibus cupidinoſis grati magis ſaporis, quam vis medicæ cauſſa uſurpantur.

Tab. XXXIV.

BRYONIA. *Officin.*

Bryonia dioica. *Botanic.*

Vitis alba, viticella, pſilothrum. Gallis, Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Anglis, Bryony.

Claſſis XXI. Monœcia. Ordo X. Syngeneſia.

Genus. Mas. Calyx quinquedentatus. Corolla quinquepartita. Filamenta tria.

Fœmina. Calyx & corolla maris. Stylus quadrifidus. Bacca ſubgloboſa, polyſperma.

Species. Bryonia foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris, floribus dioicis.

Habitat ad ſepes Auſtriæ ac Pannoniæ. Floret æſtate radice perenni.

Aſſervatur ſola radix ad uſum pharmacevticum.

Notabilem habet radix hæc fuſiformis magnitudinem, ſæpe brachii craſſitiem, inferiore tantummodo parte ramis lateralibus prædita. Color externus ſubflavus, internus albus. Radix recens ſucco repleta lacteo, carnoſa, ſiccata vero ſun-

einen, auch zwey Löffel voll davon mit Waſſer verdünnet, in eben dieſen Krankheiten als gewöhnlichen Trank gebrauchen. Die mit dem Safte dieſer Beeren verfertigten Zuckerplätzchen werden von leckerhaften Kranken, nicht eines mediziniſchen Nutzens, ſondern blos des angenehmen Geſchmackes wegen häufig verbraucht.

Vier und dreyßigſte Tafel.

Die Zaunrübe.

Gichtrübe, Stickwurz, Teufelskirſche, der weiſſe Widerthon. Franz. Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Engl. Bryony.

21. Klaſſe. Halbgetrennte. 10. Ordnung. Mitbuhler.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch fünfmahl gezähnt. Die Blumenkrone fünfmahl getheilt. Staubfäden drey.

Weibliche Blumen. Der Kelch und die Blumenkrone ſind wie bey der männlichen Blume. Der Griffel vierſpaltig. Die Beere faſt kugelförmig, vielſaamig.

Art. Zaunrübe mit handförmigen, von beyden Seiten ſchwielicht-ſcharfen Blättern und ganz getrennten Blumen.

Man findet ſie an Zäunen in Oeſterreich und Panonnien. Sie blühet im Sommer, und iſt ausdaurend.

Nur die Wurzel allein wird zum Arzneygebrauch in den Apotheken aufbewahret.

Sie iſt ſpindelförmig, hat eine anſehnliche Gröſſe, und oft die Dicke eines Männerarmes, wovon nur ihr unterſter Theil mit Seitenzweigen verſehen iſt. Ihre Farbe iſt von auſſen gelblicht, von innen aber weiß. Wenn die Wurzel noch friſch iſt, ſo iſt ſie

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0143-0

gosa, pallida & radiis ac circulis distincta. Odor recentis fœtidus, sapor nauseosus, acris, amarus, opio similis. Nominatur vitis alba, quia hamis sese, vitis instar viniferæ, sepibus aliisve objectis propinguis affigit. In aliis locis adhibetur bryonia alba baccis nigris, tum & in nostris bryonia nunc descripta dioica baccis rubris usuvenit. Virtus in utraque eadem.

voll eines milchigten Saftes und fleischicht, getrocknet aber ist sie schwammig, blaß, mit verschiedenen Kreisen und Linien, die sich im Mittelpunkte durchkreuzen, bezeichnet. Sie hat einen stinkenden Geruch, und einen eckelhaften, scharfen, bittern, dem Opium ähnlichen Geschmack. Der Nahme, weisse Rebe, welcher auch bisweilen der Zaunrübe beygeleget wird, scheint daher zu kommen, weil sie sich mit ihren Ranken, wie der wahre Weinstock, an benachbarte Zäune und andere Gegenstände anklammert. In andern Gegenden wird anstatt unserer Zaunrübe, die rothe Beeren trägt, eine andere Art, die weisse Zaunrübe nach Linne, mit schwarzen Beeren, gebraucht. Die Heilkraft ist in beyden Arten die nehmliche.

Possidet bryoniæ radix vim acre purgantem, sic dictam drasticam.

Die Wurzel der Zaunrübe besitzet eine heftig purgirende, oder sogenannte drastische Eigenschaft.

Usus jam veteribus notus, sed semper acerrima inter medicamenta jure referebatur. Dolores colici crudelissimi, cardialgiæ intolerabiles, vomitus & diarrhœæ longinquæ usum bryoniæ secuta fuisse reperiebantur. Adhibeatur in maxima tantummodo ex mucositate intestinorum inertia iritabilitatisque defectu. Ordinabatur a Sydenhamo & aliis vel succus recenter expressus cum saccharo commistus ad drachmam unam vel duas bis terve de die, vel decoquebatur radicis uncia dimidia in aquæ, vini aut cerevisiæ libra una, & porrigebatur cochlear dimidium aut integrum ter quaterve in die, in mania, hydrope, epilepsia & asthmate. Radix exsiccata, acidis vel aromatibus commixta, mitior evadit, & minore cum periculo exhiberi potest.

Ihr Gebrauch war schon bey den Alten bekannt, aber immer wurde dieses Mittel, und zwar mit Recht, unter die heftigsten gezählet. Man hat die stärksten Kolikschmerzen, unerträgliche Magenschmerzen, Erbrechen und lange anhaltende Durchfälle auf die Anwendung dieses Arzneymittels erfolgen gesehen. Sie soll nur in einer sehr grossen Verschleimung der Gedärme, woraus eine Unempfindlichkeit und fast gänzlicher Mangel der Reitzbarkeit in denselben entstehet, verordnet werden. Sydenham und andere gaben in der Manie, der Wassersucht, Fallsucht und dem Asthma, entweder den frisch ausgepreßten Saft mit Zucker zu einer oder zwey Drachmen zwey- auch dreymahl des Tages, oder sie kochten eine halbe Unze Wurzel in einem Pfunde Wasser, Wein, oder auch Bier, und liessen täglich drey- oder viermahl einen halben, auch ganzen Eßlöffel voll davon einnehmen. Die getrocknete Wurzel,



CACAO. Off.
Theobroma Cacao. Brc.
Der Cacao.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0146-7
DFG

Radicis bryoniæ decoctum externe ad fomentationes applicatum esserebatur sæpius, & adhibebatur a multis sine discutiente ac resolvente, in hydrope & sugillationibus. Frondes effectu quidem purgante a rusticis in acetariis nonnunquam comeduntur.

Tab. XXXV.

CACAO. *Officin.*

Theobrama Cacao. *Botanic.*

Cacava, cacoa, cacavi, cacau, nuces caraccenses. Gallis, Cacaoyer. Anglis, Cacaotree.

Classis XVIII. Polyadelphia. Ordo I. Pentandria.

Genus. Calyx triphyllus (secundum Murray pentaphyllus). Petala quinque, fornicata, bicornia. Nectarium pentaphyllum, regulare. Stamina nectario innata, singulo antheris quinque.

Species. Theobroma foliis integerrimis

Patria hujus arboris, Americæ pars meridionalis & insulæ Antillanæ.

Occurit in officinis oleum e nucleis excoctum, butyrum dictum.

Habent semina sive nuclei figuram rotundo-oblongam, vestiuntur epidermide scabra, fragili, e nigro rubra, pulvere griseo argenteove conspersa. Medulla coloris grisei, pinguis, in variæ figuræ lo-

wenn sie mit Säuren oder Gewürzen vermengt wird, ist nicht so heftig in ihren Wirkungen, und kann mit weniger Gefahr angewendet werden.

Aeusserlich rühmte man das Dekokt der Zaunrübenwurzel zu Bähungen, und gebrauchte es wirklich als ein zertheilendes und auflösendes Mittel in der Wassersucht und bey Blutunterlaufungen. Die jungen Sprossen werden von den Bauersleuten als Salat gegessen, obschon auch diese eine purgirende Wirkung äussern.

Fünf und dreyßigste Tafel.

Der Cacao.

Die Cacaonüsse, Cacaubohnen. Franz. Cacaoyer. Engl. Cacaotree.

18. Klasse. Vielbrüdrige. 1. Ordnung. Fünfmännige.

Gattung. Der Kelch dreyblättrig (nach Murray fünfblättrig). Fünf gewölbte, zweyhörnige Blumenblätter. Das Honigbehältniß ist fünfblättrig und regelmässig. Die Staubgefäße sind dem Honigbehältnisse angewachsen, jedes mit fünf Staubbeuteln.

Art. Cacaobaum mit volkommen ganzen Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist das mittägige Amerika und die Antillischen Inseln.

In den Apotheken wird das aus den Körnern ausgesottene Oehl, welches man Cacaobutter nennet, aufbewahret.

Die Saamen oder Körner haben eine länglichtrunde Form, und werden mit einer rauhen, zerbrechlichen, Oberhaut umgeben, die schwarzroth von Farbe, und mit einem grauen oder silberfarben Pulver bestreut ist.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0147-3



CACAO. Off.
Theobroma Cacao. Brc.
Der Cacao.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0146-7
DFG

Radicis bryoniæ decoctum externe ad fomentationes applicatum esserebatur sæpius, & adhibebatur a multis sine discutiente ac resolvente, in hydrope & sugillationibus. Frondes effectu quidem purgante a rusticis in acetariis nonnunquam comeduntur.

Tab. XXXV.

CACAO. *Officin.*

Theobrama Cacao. *Botanic.*

Cacava, cacoa, cacavi, cacau, nuces caraccenses. Gallis, Cacaoyer. Anglis, Cacaotree.

Classis XVIII. Polyadelphia. Ordo I. Pentandria.

Genus. Calyx triphyllus (secundum Murray pentaphyllus). Petala quinque, fornicata, bicornia. Nectarium pentaphyllum, regulare. Stamina nectario innata, singulo antheris quinque.

Species. Theobroma foliis integerrimis

Patria hujus arboris, Americæ pars meridionalis & insulæ Antillanæ.

Occurit in officinis oleum e nucleis excoctum, butyrum dictum.

Habent semina sive nuclei figuram rotundo-oblongam, vestiuntur epidermide scabra, fragili, e nigro rubra, pulvere griseo argenteove conspersa. Medulla coloris grisei, pinguis, in variæ figuræ lo-

wenn sie mit Säuren oder Gewürzen vermengt wird, ist nicht so heftig in ihren Wirkungen, und kann mit weniger Gefahr angewendet werden.

Aeusserlich rühmte man das Dekokt der Zaunrübenwurzel zu Bähungen, und gebrauchte es wirklich als ein zertheilendes und auflösendes Mittel in der Wassersucht und bey Blutunterlaufungen. Die jungen Sprossen werden von den Bauersleuten als Salat gegessen, obschon auch diese eine purgirende Wirkung äussern.

Fünf und dreyßigste Tafel.

Der Cacao.

Die Cacaonüsse, Cacaubohnen. Franz. Cacaoyer. Engl. Cacaotree.

18. Klasse. Vielbrüdrige. 1. Ordnung. Fünfmännige.

Gattung. Der Kelch dreyblättrig (nach Murray fünfblättrig). Fünf gewölbte, zweyhörnige Blumenblätter. Das Honigbehältniß ist fünfblättrig und regelmässig. Die Staubgefäße sind dem Honigbehältnisse angewachsen, jedes mit fünf Staubbeuteln.

Art. Cacaobaum mit volkommen ganzen Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist das mittägige Amerika und die Antillischen Inseln.

In den Apotheken wird das aus den Körnern ausgesottene Oehl, welches man Cacaobutter nennet, aufbewahret.

Die Saamen oder Körner haben eine länglichtrunde Form, und werden mit einer rauhen, zerbrechlichen, Oberhaut umgeben, die schwarzroth von Farbe, und mit einem grauen oder silberfarben Pulver bestreut ist.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0147-3

bulos plures divisibilis, gaudet sapore grate amaro. Nuclei parvi, mucidi, intus albidi, rejiciantur, ad usum pharmacevticum inutiles. Enumerantur tres ratione bonitatis Cacao species: Caracensis, Berbicensis, & insulana, quarum prima optimæ, tertia ob saporem amariorem subausterum infimæ reperitur notæ.

Das darunter liegende Mark hat eine dunkelgraue Farbe, einen angenehm bittern Geschmack, ist fett, und läßt sich in mehrere Stücke von unbestimmter Figur zertheilen. Die kleinen, schimmligten und innwendig weissen Körner, werden zum medizinischen Gebrauch als unnütz verworfen. Man zählet drey Arten von Cacao in Rücksicht seiner Güte: den Karacensischen, Berbicensischen und jenen, welcher von den Inseln kommt. Die erste Art ist die beßte, und die dritte, wegen ihrem herben und bitteren Geschmacke, die schlechteste.

Gaudet viribus nutrientibus & demulcentibus.

Er besitzet ernährende und schärfemildernde Eigenschaften.

Habebatur quondam Cacao anodynum, & adhibebatur butyrum, vel solum vel unacum carnium juribus, ad demulcendam in viarum urinalium morbis, calculis vesicæ, raucedine & doloribus colicis, acrimoniam; sed hodie vix, nisi ad potum mexicanum, de quo in œconomicis locuturus, internam obtinet applicationem.

Vorher hielt man den Cacao für ein schmerzstillendes Mittel, und verordnete die Butter davon entweder allein, oder mit Fleischbrühen, um bey Krankheiten der Urinwege, Kolikschmerzen, der Heiserkeit und im Blasensteine die Schärfe zu mildern; izt aber macht man keinen innerlichen Gebrauch mehr davon, ausser in so weit er den Hauptbestandtheil der Chocolate ausmachet, wovon bey der Abhandlung des ökonomischen Nutzens der Pflanzen gehandelt werden wird.

Externe infricetur butyrum e Cacao paratum partibus dolentibus in doloribus colicis, obstructionibus & intestinorum spasmis, ad imminuendos dolores. Vasa hæmorrhoidalia turgentia, labia fissa & mammarum papillæ læviter vulneratæ hoc medicamento sæpe etiam optimo cum effectu illinuntur. Etiamsi eundem nobis alia olea mitiora præbeant fructum, butyrum tamen e Cacao longe præferendum, quia, quin rancidum evadat, diu servari potest.

Aeusserlich gebraucht man die Cacaobutter zum Einreiben der schmerzhaften Theile, bey Kolikschmerzen, Verstopfungen und Krämpfen in den Gedärmen, um die Schmerzen zu mildern. Auch werden die angeschwollenen Goldadergefäße, die aufgesprungenen Lippen, und kleine Verwundungen an den Wärzchen der Brüste mit diesem Mittel nicht ohne Nutzen eingesalbet. Obschon auch andere milde Oehle uns eben diesen Nutzen verschafen würden, so ist die Cacaobutter doch immer vorzuziehen, weil sie sehr lange, ohne ranzig zu werden, aufbehalten werden kann.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0148-9



CALENDULA. Off.
Calendula officinalis. Bot.
Die Ringelblume.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0150-8
DFG

Tab. XXXVI.

CALENDULA. *Officin.*

Calendula officinalis. *Botanic.*

Caltha vulgaris, Gallis, Souci. Anglis, Marigold.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo IV. Polygamia necessaria.

Genus. Receptaculum nudum. Pappus nullus. Calyx polyphyllus, æqualis. Semina hermaphroditis centralia disci nulla: peripheriæ propria rarius solitaria, membranacea. Fœmineis solitaria, incurva.

Species. Calendula seminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus.

Crescit copiose in omnibus fere agris calidioris Europæ. Floret æstate.

Paratur in officinis e floribus unquentum.

Flores coloris lutei saporem habent acrem subamaricantem, & carent odore.

Nulla fere inest vis medica, nisi pauca aromatica.

Ordinabatur olim calendulæ infusum calidum pro potu assumtum ad prolicindum sudorem. Nostris vero temporibus calendulæ unquento tantummodo utimur emolliente, pinguedinis loco alterius.

Sechs und dreyßigste Tafel.

Die Ringelblume.

Franz. Souci. Engl. Marigold.

19. Klasse. Mitbuhler. 4. Ordnung. Nothwendige Vielweiberey.

Gattung. Der Fruchtboden nackt. Haarkrone keine. Der Kelch vielblättrig, gleich. Die Zwitterblumen haben in der Mitte der Scheibe keine Saamen: sondern sie sind am Umkreise, seltener einzeln, häutig. In den weiblichen Blumen sind die Saamen einzeln und eingebogen.

Art. Ringelblume mit nachenförmigen, zackichten, eingekrümmten Saamen.

Sie wächst häufig fast auf allen Aeckern des wärmern Theils von Europa. Sie blühet im Sommer.

In den Apotheken bereitet man aus den Blüthen eine Salbe.

Die Blüthen haben eine gelbe Farbe, einen scharfen, etwas bittern Geschmack, und keinen Geruch.

Sie sind etwas gewürzhaft, und haben sonst wenig medizinische Kraft.

Ehedem bediente man sich des warmen Aufgusses der Ringelblumen als Trank, um einen Schweiß zu erwecken. Wir aber gebrauchen nichts als die Ringelblumensalbe, als ein erweichendes Mittel, anstatt eines andern Fetts.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0151-4

Tab. XXXVII.

CAMPHORA. *Officin.*

Laurus Camphora. *Botanic.*

Caphora, cafur. Gallis, Camphre. Anglis, Camphire.

Classis IX. Enneandria. Ordo. I. Monogynia.

Genus. Calyx nullus. Corolla calycina, sexpartita. Nectarium glandulis tribus, bisetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa unisperma.

Species. Laurus foliis triplinerviis lanceolato-ovatis.

Patria hujus arboris Japonia, Java, Borneo, Sumatra & caput bonæ spei. Floret Majo & Junio.

In officinis servatur Camphora, & vini spiritus camphoratus ex illa paratur.

Frondes, lignum & radices hujus arboris in partes parvas consciſſa, coquntur in ahenis ferreis superadita aqua, teguntur alembico stramentis repleto, quibus principium hoc peculiare vegetabile in vapores solutum adhæret. Deportatur nomine camphoræ crudæ (Gallis, Camphre brute. Anglis, Kamfer brut, vel ruuve Kamfer) plerumque a Belgis ex natali loco in glebis parvis grisei coloris, & variis sordibus inquinatis, salis instar impuri, ubi Amstelodami denuo per sublimationem ope calcis vivæ depuratur, & in panes, seu massas orbiculares in medio perforatas, ultra pollicem crassas redigitur. Redditur ab hoc præparationis modo camphora alba, levis, transparens, nitida, fra-

Sieben und dreyßigste Tafel.

Der Kampher.

Kapher. Franz. Camphre. Engl. Camphire.

9. Klasse. Neunmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Kelch keiner. Die Blumenkrone kelchartig, sechsmahl getheilt. Das Honigbehältniß bestehet aus drey zweyborstigen Drüsen, die den Fruchtboden umgeben. Die innern Staubfäden tragen Drüsen. Die Steinfrucht ist einsaamig.

Art. Lorber mit dreyfach nervichten, lanzettförmig-eyrunden Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist Japan, Java, Borneo, Sumatra und das Vorgebirg der guten Hofnung. Er blüht im May und Junius.

In den Apotheken wird der Kampher aufbewahret, und der Kamphergeist davon zubereitet.

Die Bereitungsart des Kamphers ist folgende. Die Zweige, das Holz und die Wurzeln des Kampherlorbers werden klein zerschnitten, und in eisernen Kesseln mit Wasser abgekocht, die Kesseln aber werden mit einem Helme, der mit Stroh angefüllet ist, zugeschlossen, und in diesem sammelt sich das in Dämpfe aufgelöste vegetabilisch eigenthümliche Prinzipium. Dieser auf solche Art gewonnene rohe Kampher (Franz. Camphrebrute. Engl. Kamfer-brut, oder ruuve Kamfer) wird in Gestalt kleiner Stücke von grauer Farbe, die noch mit sehr vielen Unreinigkeiten vermengt sind, und beynahe wie unreines Salz aussehen, meistentheils von den Holländern aus seinem Geburtsorte ausgeführet, und nach Amsterdam gebracht, wo er wieder durch eine Sublima-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0152-0



CAMPHORA. Off.
Laurus Camphora. Bot.
Der Kampher.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0153-5
DFG

gilis, solida, ad attactum subpinguis, inter dentes subtenax. Refert fracturam splendescentem, granis crassis crystallinis denotatam, odorem peculiarem gravissimum balsamicum, rorimarino similem, saporem acrem aromaticum amaricantem, primum cum ustionis, postea vero refrigerationis insignis sensu. Innatat aquæ, &, si libero exponeretur aëri, sensim sensimque penitus avolat; igni admota, quin cineres relinquat, fumo comburit copioso. In pulverem ob tenacitatem nullo redigi potest modo. Solvitur in spiritu vini rectificato, in oleis, acido vitriolico & nitroso, sed in aqua, quæ tamen odorem saporemque induit camphoratum, & in aceto aut spiritu salis hanc solvendi proprietatem recusat. Init tamen mediante mucilagine aliqua, vel Gummi arabico aut vitello ovi, cum liquidis his ultimo nominatis commixtionem. Servetur camphora a pharmacopolis, ne dissipetur in auras, in vesicis inclusa, & tradatur vitris epistomio bene clausis. Extrahi etiam potest species aliqua camphoræ per plantarum aliarum coctionem, ut salviæ, majoranæ & rosmarini.

tion mit lebendigem Kalke gereiniget, und in Brode, oder runde eines Daumens dicke Massen, die in der Mitte ein Loch haben, gebracht wird. Von dieser zweyten Verfahrungsart bekommt der Kampher eine weisse Farbe und einen dichten Körper, er wird gering, durchscheinend, glänzend und zerbrechlich, fühlt sich fettlicht an, und ist zähe, wenn man ihn kauet. Im Bruche ist er matt glänzend, und man bemerket gröbliche krystallinische Körner. Er hat einen eigenen sehr heftigen balsamischen Geruch, welcher dem Rosmaringeruche ähnlich ist, einen scharfen in etwas bittern aromatischen Geschmack, und bringt beym Verkosten anfänglich ein brennendes, bald darauf aber ein merklich kühlendes Gefühl auf der Zunge hervor. Auf dem Wasser schwimmt er, und verflüchtiget sich nach und nach ganz, wann er der freyen Luft ausgesetzet wird; zündet man ein Stück an, so verbrennet es mit einem heftigen Rauche, ohne einer rückständigen Asche, zu Pulver aber kann man ihn, wegen seiner Zähheit, auf keine Art zerreiben. Im rektifizirten Weingeiste, in Oehlen, in der Sapelter- und Weinsteinsäure läßt er sich auflösen; im Essig, Wasser und in dem Salzgeiste ist er ganz unauflöslich, jedoch nimmt das Wasser seinen Geruch und Geschmack an. Will man ihn doch mit diesen letztgenannten Flüssigkeiten vermischen, so muß er mit irgend einem Schleime, mit arabischem Gummi oder Eyerdotter abgerieben, und so zur Mischung tauglich gemacht werden. Damit der Kampher sich nicht verflüchtige, muß er in den Apotheken in Blasen eingemacht, und in gut mit Stöpseln verschlossenen Gläsern, aufbewahret werden. Auch von andern Pflanzengattungen, z. B. von Majoran, Salbey, Rosmarin, kann man durch Kochen eine Art Kamphers gewinnen.

Gaudet viribus ſtimulantibus, antiſpaſticis, diaphoreticis & narcoticis.

Camphoræ uſus, in magna morborum turba frequentiſſimus, diu bonus expertus laudatusque fuit. In febribus nervoſis, putridis, convulſionibus, rheumatiſmis, ſpontanea ſeminis jactura, mania, ad imminuendam poſt mercurii uſum ſalivationem, ad depellendos vermes, multiſque aliis in morbis, quos enumerare ſingulos non eſt locus, bono cum effectu ordinatur. Obſtat vero camphoræ uſui maxime plethora, diathesis inflammatoria & primariarum viarum ſaburra. Exhibetur ſub raſuræ forma in pulvere cum ſaccharo bene detrita a grano unico ad ſex uſque & ultra pro doſi omni bihorio aut trihorio, conjungitur etiam ſæpe cum moſchi partibus æqualibus; in eadem proportione præſcribitur in pilulari forma aliis cum medicamentis indicationi reſpondentibus. Adjiciatur emulſionibus & mixturis pro libræ unius quantitate a ſcrupulo ad drachmam, ita ut cochleatim ingeratur, & ſic doſis prius nominata conſtituatur. Cum vero per ſe ſolvi non poteſt in aquoſis, ſubigatur antea camphora vel mucilagine Gummi arabici, tragacanthi, vel vitello ovi, aut amygdalis.

Externe, camphora raſa ſacculis aromaticis ſiccis tradita, applicatur frequenter ad diſcutiendas inflammationes cutaneas eryſipelatodes, & depellendos

Er beſitzet reizende, krampfſtillende, ſchweißtreibende und betäubende Kräfte.

Der Gebrauch des Kamphers iſt in einer groſſen Menge von Krankheiten ſehr häufig verſucht, und als ein gutes Mittel gerühmt worden. In Nervenfiebern, Faulfiebern, Zukungen, Rhevmatismen, im unwillkührlichen Saamenverluſte, in der Raſerey, im fortgeſetzten Speichelfluſſe nach dem Gebrauche des Queckſilbers, in Wurmkrankheiten, und vielen andern Zufällen, welche einzeln anzuführen, hier der Ort nicht iſt, wird er täglich verordnet. Die größten Gegenanzeigen aber beym Gebrauch des Kamphers ſind Vollblütigkeit, inflammatoriſche Beſchaffenheit und Unrath in den erſten Wegen. Wenn man den Kampher in Pulver geben will, ſo muß er geſchaben und gut mit Zucker abgerieben werden; die Doſe iſt von einem bis zu ſechs Granen und darüber, in einem Zwiſchenraume von zwey oder drey Stunden. Nicht ſelten wird eine gleiche Menge Biſam mit dem Kampher verbunden. Eben dieſes Verhältniß findet ſtatt, wenn man ihn in Pillenform obſchon mit andern Arzneymitteln verſetzt, je nachdem es die jedesmahlige Anzeige erfordert, verordnet. Oft wird er auch den Mixturen und Emulſionen zugeſetzet, wozu man auf ein Pfund Flüſſigkeit eine Quantität von einem Skrupel bis zu einer Drachme hinzuthut, damit, wenn dieſe Zuſammenſetzung löffelweis eingenommen wird, die oben beſtimmte Doſe herauskomme. Da aber der Kampher für ſich allein in wäſſerigen Flüſſigkeiten nicht aufgelöſet werden kann, ſo muß er vorher mit einer arabiſchen Gummiſolution, Tragantſchleim oder mit Mandeln gut abgetrieben werden.

Aeuſſerlich wird der geſchabene Kampher zu den trockenen Kräuterſäckgen genommen, welche, um roſenartige Hautentzündungen zu zertheilen, und um unſchmerz-

tumores indolentes, sed tunc tantum bono cum eventu, si vel phlogosis jam ex debilitate sit exorta, vel stimulus inflammationis veræ reperiatur imminuta, perstante autem vera inflammatione, camphora stimulo suo certe malum augebit. Instituuntur quoque leves frictiones linteis camphora illinitis, vel lotiones spiritu vini camphorato ad corroborandas partes paralyticas, œdematosas & post luxationem debilitatas. In morbis cum virium vitalium prostratione conjunctis, ubi jam debilitas ad imum perveniebat, ac mors instare minabatur, omnibus remediis frustra applicatis, lotio spiritu vini camphorato adhibita morbi magnitudinem superavit. Quis demum ignoret camphoræ in gangrena, ossium carie inque malignis putridisve ulceribus virtutem? ubi vis ejus sic dicta antiseptica diu jam potens experta fuit. Inspergatur camphoræ rasura vel sola unacum saccharo remixta & in pulverem detrita ulceribus gangrenosis, vel admisceantur alia stimulantia fixiora, ne stimulandi vis camphoræ volatilis tam cito cessaret. Crustæ vero, si adhærerent loco gangrenoso, ante camphoræ applicationem, emollientibus & leviter stimulantibus per supurationem sunt auferendae.

hafte ödematöse Geschwülste zu vertreiben, aufgeleget werden. Es läßt sich aber nur dann ein guter Erfolg versprechen, wenn entweder die Entzündung selbst schon von Schwäche herrühret, oder doch wenigstens der Entzündungsreitz merklich vermindert ist, denn bey noch fortwährender wahrer Entzündung, wird der Kampher durch seinen Reitz das Übel gewiß noch vermehren. Um die nach Verrenkungen geschwächten oder gelähmten Theile wieder zu stärken, oder auch um wässerige Geschwülste zu heben, kann man auch gelindes Reiben mit Tüchern, welche vorher mit Kampher bestrichen wurden, oder das Waschen mit Kamphergeist empfehlen. Oft hat in jenen Krankheiten, die mit einem wahren Verluste der Lebenskräfte verbunden sind, wo schon alle Hülfsmittel vergebens angewendet wurden, die Schwäche aufs Aeusserste kam, und der nahe Tod bevorstand, das einzige Waschen mit Kamphergeist die Heftigkeit der Krankheit gehoben. Wer sollte endlich die vortrefliche Wirkung des Kamphers im kalten Brande, Beinfraße und in bösartigen faulen Geschwüren nicht kennen? wo seine sogenannte fäulnißwidrige Eigenschaft schon durch eine lange Reihe von Erfahrungen sich trefflich geäussert hat. Man kann entweder den Kampher allein klein geschaben mit Zucker vermischt und fein zu einem Pulver abgerieben in die brandigen Geschwüre einstreuen, oder, damit der flüchtige Reitz des Kamphers nicht so geschwinde aufhöre, andere anhaltendere Reitzmittel hinzusetzen. Sollten sich aber an den brandichten Stellen harte Schurfe befinden, so müssen diese, noch vor dem Gebrauche des Kamphers mit erweichenden, gelinde reizenden Mitteln durch Eiterung wegzuschaffen gesucht werden.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0157-8

Tab. XXXVIII.

CANELLA ALBA. *Officin.*

Canella alba. *Botanic.*

Cinamomea, costus corticosus, Winterania canella. Gallis, Canelle blanche. Anglis, Wild Cinnamom.

Classis XI. Dodecandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calix trilobus. Petala quinque. Antheræ sedecim, adnatæ nectario urceolato. Bacca trilocularis. Semina duo.

Species. Canella foliis oblongis, obtusis, nitidis. Racemis terminalibus. (In editione systematis decima tertia a Murray instituta.) Winterania Canella. Arbor baccifera, laurifolia, aromatica, fructu viridi calyculato racemoso.

Colit hæc arbor nonnullas Americæ insulas, præsertim Jamaicam & Carolinam.

Habemus in pharmacopoliis corticem arboris aromaticum nomine Canellæ albæ.

Deportatur ad nos & venditur a mercatoribus, cortex ille solidus & simul fragilis, in tubulorum forma convolutus, immixtis tamen pluribus frustulis planioribus crassioribusve. Color ejus externus ex albo flavus, vel pallide cinereus, rubellisque lineis transversis notatus, internus albicans. Refert ori degustanti saporem acrem aromaticum, quodammodo caryophillis similem. Odor in cortice integro vix observatur, contusus vero vel decoctus gratum spargit odorem. Tubuli crassiores pal-

Acht und dreyßigste Tafel.

Weisser Zimmt.

Weisser Kanell, Magelanischer Zimmt. Franz. Canelle blanche. Engl. Wild Cinnamom.

11. Klasse. Zwölfmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch dreylappig. Blumenblätter fünf. Staubbeuteln sechzehn, die mit dem kannenförmigen Honigbehältnisse verwachsen sind. Die Beere dreyfächerig. Saamen zwey.

Art. Kanelle mit länglichten, stumpfen, glänzenden Blättern, und Endtrauben. (Nach der vom Murray veranstalteten dreyzehnten Ausgabe des Pflanzensystems.) Winteranie Kanelle. Ein beerentragender, gewürzhafter, lorberblättriger Baum, mit einer grünen, gekelchten und traubichten Frucht.

Dieser Baum bewohnet einige Inseln von Amerika, besonders Jamaika und Karolina.

Die gewürzhafte Rinde des Baums kommt in den Apotheken unter dem Nahmen, weisser Zimmt, vor.

Sie ist dicht, aber doch zerbrechlich, und wird in Gestalt zusammengerollter Röhren, die zwar mit mehreren flächern und dickern Stücken untermischt sind, zu uns gebracht und verkauft. Die äussere Farbe der Rinde ist weißgelb, oder blaß aschenfarb, mit mehreren röthlichten Querlinien bezeichnet, die innere aber weiß. Beym Verkosten zeigt sie einen scharfen gewürzhaften Geschmack, welcher den Gewürznelken sehr nahe kommt. Die ganze Rinde hat fast gar keinen Geruch, wird sie aber zerstossen, oder gekochet, so rüchet sie sehr angenehm. Der Güte nach soll man die dickern



CANELLA ALBA. Off.
Canella alba. Bot.
Weiſser Zimmt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0159-3
DFG



CAPILLUS VENERIS. off.
Adianfum Capillus Veneris. bot.
Das Frauenhaar.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0162-5
DFG

lidioresque præferantur tenuibus ac profunde coloratis. Sæpe commutantur inter se nomina Canellæ albæ & corticis Winterani, cum tamen ultima species ab alia, quæ apud Linneum nomine Winteræ aromaticæ denotatur, arbore resumitur.

Tenet vires stimulantes ac calefacientes.

Ordinatur in paralysi, primariarum viarum mucositate, & aliis cum debilitate conjunctis morbis, ad excitandum stimulum, vel in forma pulveris a scrupulo dimidio ad integrum, vel in forma infusi aut vini medicati ad unciam dimidiam, pro libræ unius quantitate.

und blassern Röhren den dünnen und dunkeln vorziehen. Sehr oft wird von den Schriftstellern der Nahme der Kanelle mit dem der Wintersrinde verwechselt, da doch die letztere Art von einer ganz andern Baumgattung, die nach Linne Wintera aromatica heißt, hergenommen wird.

Ihre Arzneykräfte sind reitzend und erhitzend.

Man verordnet sie bey Schlagflüssen, Verschleimungen der ersten Wege, und in andern mit Schwäche verbundenen Krankheiten, um einen Reitz anzubringen, entweder als Pulver von einem halben bis zu einem ganzen Skrupel, oder als Aufguß, auch als Arzneywein zu einer halben Unze auf ein Pfund Flüssigkeit.

Tab. XXXIX.

CAPILLUS VENERIS. *Officin.*

Adianthum Capillus Veneris. *Botanic.*

Gallis, Capillaire, Adianthe. Anglis, Venus-hair, Maiden-hair.

Classis XXIV. Cryptogamia. Ordo I. Filices.

Genus. Fructificationes in maculis terminalibus ovalibus, sub replicato margine frondium.

Species. Adianthum frondibus decompositis; foliolis alternis; pinnis cuneiformibus, lobatis, pedicellatis.

Habitat in Europæ regionibus meridionalibus, ut in Gallia, Helvetia, Italia, Forojulio & Litorali ad cisternas, et in rupibus humidis; etiam in Oriente reperiebatur. Floret æstate radice perenni.

Neun und dreyßigste Tafel.

Das Frauenhaar.

Venushaar. Franz. Capillaire, Adianthe. Engl. Venus-hair, Maiden-hair.

24. Klasse. Verborgene Ehen. 1. Ordnung. Farrnkräuter.

Gattung. Die Befruchtungswerkzeuge bestehen in eyrunden Endflecken, welche unten auf dem zurückgefalteten Rande der Zweige aufsitzen.

Art. Frauenhaar mit zweymahl zusammengesetzten Zweigen, wechselweis stehenden Blättern, und keilförmigen, lappichten, kleingestielten Blättchen.

Sein Vaterland sind die mittägigen Gegenden Europens, als Frankreich, die Schweiz, Italien, Friaul und das Litorale, man findet es an Cisternen, und auf nassen Felsen; selbst im Orient ist es einheimisch. Es blühet im Sommer, und ist ausdaurend.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0163-1



CAPILLUS VENERIS. off.
Adianfum Capillus Veneris. bot.
Das Frauenhaar.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0162-5
DFG

lidioresque præferantur tenuibus ac profunde coloratis. Sæpe commutantur inter se nomina Canellæ albæ & corticis Winterani, cum tamen ultima species ab alia, quæ apud Linneum nomine Winteræ aromaticæ denotatur, arbore resumitur.

Tenet vires stimulantes ac calefacientes.

Ordinatur in paralysi, primariarum viarum mucositate, & aliis cum debilitate conjunctis morbis, ad excitandum stimulum, vel in forma pulveris a scrupulo dimidio ad integrum, vel in forma infusi aut vini medicati ad unciam dimidiam, pro libræ unius quantitate.

und blassern Röhren den dünnen und dunkeln vorziehen. Sehr oft wird von den Schriftstellern der Nahme der Kanelle mit dem der Wintersrinde verwechselt, da doch die letztere Art von einer ganz andern Baumgattung, die nach Linne Wintera aromatica heißt, hergenommen wird.

Ihre Arzneykräfte sind reitzend und erhitzend.

Man verordnet sie bey Schlagflüssen, Verschleimungen der ersten Wege, und in andern mit Schwäche verbundenen Krankheiten, um einen Reitz anzubringen, entweder als Pulver von einem halben bis zu einem ganzen Skrupel, oder als Aufguß, auch als Arzneywein zu einer halben Unze auf ein Pfund Flüssigkeit.

Tab. XXXIX.

CAPILLUS VENERIS. *Officin.*

Adianthum Capillus Veneris. *Botanic.*

Gallis, Capillaire, Adianthe. Anglis, Venus-hair, Maiden-hair.

Classis XXIV. Cryptogamia. Ordo I. Filices.

Genus. Fructificationes in maculis terminalibus ovalibus, sub replicato margine frondium.

Species. Adianthum frondibus decompositis; foliolis alternis; pinnis cuneiformibus, lobatis, pedicellatis.

Habitat in Europæ regionibus meridionalibus, ut in Gallia, Helvetia, Italia, Forojulio & Litorali ad cisternas, et in rupibus humidis; etiam in Oriente reperiebatur. Floret æstate radice perenni.

Neun und dreyßigste Tafel.

Das Frauenhaar.

Venushaar. Franz. Capillaire, Adianthe. Engl. Venus-hair, Maiden-hair.

24. Klasse. Verborgene Ehen. 1. Ordnung. Farrnkräuter.

Gattung. Die Befruchtungswerkzeuge bestehen in eyrunden Endflecken, welche unten auf dem zurückgefalteten Rande der Zweige aufsitzen.

Art. Frauenhaar mit zweymahl zusammengesetzten Zweigen, wechselweis stehenden Blättern, und keilförmigen, lappichten, kleingestielten Blättchen.

Sein Vaterland sind die mittägigen Gegenden Europens, als Frankreich, die Schweiz, Italien, Friaul und das Litorale, man findet es an Cisternen, und auf nassen Felsen; selbst im Orient ist es einheimisch. Es blühet im Sommer, und ist ausdaurend.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0163-1

Servatur in officinis herba, et proſtat ſimul ſyrupus ex illa paratus.

In den Apotheken wird das Kraut dieſer Pflanze aufbehalten; und man hat auch einen daraus verfertigten Syrup vorräthig.

Aſſurgunt caules plures tenues, ramoſi & quaſi ſicci, profunde rubeſcentes ac fere nigreſcentes e radice, qui foliis tenerrimis, crenatis, ovato oblongis læteque viridibus ornantur. Odor vix aliquis perſenſibilis, ſapor vero deguſtando ſubdulcis ac ſubadſtringens ſat manifeſte apparet.

Die Wurzel treibt mehrere zarte, äſtige, gleichſam trockene, dunkelrothe, faſt ſchwarze Stämme, welche mit ſehr zarten, am Rande eingekerbten, eyrundlänglichten Blättern gezieret ſind, die eine angenehm grüne Farbe haben. Der Geruch iſt ſehr ſchwach, faſt unmerklich, beym Verkoſten aber zeigt ſich ihr ſüßlicher etwas zuſammenziehender Geſchmack ziemlich deutlich.

Poſſidet vim paucam roborantem & adſtringentem.

Die Arzneykräfte des Frauenhaares ſind ſehr geringe, man hält ſie für ſtärkend und zuſammenziehend.

Utimur infuſo hujus plantæ in pectoris affectionibus, & Syrupo ad edulcorandas medicamentorum compoſitiones. Error, quoad doſin vix poſſibilis, cum mutatio magna ab hoc medicamento nequaquam exſpectari poteſt. Suadetur a nonnullis capillorum veneris decoctum ad lavandos capillos, & affirmatur, eos abhinc longiores ac copioſiores evaſiſſe.

Wir bedienen uns des Aufguſſes dieſer Pflanze in Bruſtzufällen, und des Syrups zum Verſüſſen der Arzeneyen. In der Doſe einen Fehler zu begehen, iſt faſt unmöglich; denn die Wirkungen, die ſich von dieſem Arzneymittel erwarten laſſen, ſind nicht groß. Einige rathen den Abſud des Frauenhaares zum Waſchen der Haare an, und behaupten, daß ſie davon länger und häufiger hervorwüchſen.

Tab. XL.

CARDAMOMUM MINUS. *Officin.*

Amomum repens. *Botanic.*

Vierzigſte Tafel.

Die Cardamömlein.

Gallis, Malaguete, Cardamom. Anglis, Cardamom.

Franzöſiſch, Malaguete, Cardamom. Engl. Cardamom.

Claſſis I. Monandria. Ordo I. Monogynia.

1. Klaſſe. Einmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Genus. Corolla quadrifida: lacinia prima patente. In Amomo Zingibere & Amomo Zerumbet limbus corollæ trifidus, ſive bilabiatus eſt. Labio ſuperiori integro, inferiori diviſo, intra quem

Gattung. Die Blumenkrone vierſpaltig, die erſte Lippe ausgebreitet. In dem Ingwer und Zerumbet aber iſt der Rand der Blumenkrone dreyſpaltig oder zweylippicht. Der obere Rand iſt ganz, und der untere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0164-7



CARDAMOMUM MINUS, Off. Amomum Cardamomum. Bot. Die Cardamomen.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148107-p0165-3
DFG

